THOMAS CANTIMPRATENSIS

Entstehungsort unbestimmt, spätes 13. Jh.

Seite 38v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Semina eius folia et radices compe-
tunt medicine. In vere colliguntur.
cortex radicis eius multum valet
contra opilacionem splenis et epatis. De-
cocta cum vino dissenteriam et vici-
um lapidis ex frigida causa. Si ex
calidis humoribus aqua ponatur in
decoctione. Feniculum etiam decoctum
ad modum pulmenti. contra predicta
vicia valet. ventositates etiam tollit.
digestionem confortat. eadem facit pul-
vis seminis eius. Contra quosdam obum-
bracionem que fiunt in oculis valet su-
cus eius. visum emundat. Unde
alexander. Serpentes post hyemem ex-
euntes acuminis comedunt ipsum fe-
niculum. et fricant oculos et illumi-
nantur. venenosis morsibus valet.
nausiam stomachi et ardorem tollit.
et lumbricos necat. Sucus radicis eius
in vase eneo suspendatur quindecim
diebus. et more collirii ponatur in oculis
et tollit quasdam obumbraciones o-
culorum.

De Fabis.

Fabe virides ut dicit plateariu[s]
multe sunt superfluitatis. tarde
digeruntur. grosse et albe optime sunt
et quas non perforant gurguliones
Fabe cum coquuntur si non move-
antur minus inflant. et cortex plus in-
flat quam farina. Emplastrum inde
factum super locum rasum crinibus
ortum pilorum. Intus supra o-
culis notetur. extrinsecus adhibita va-
let tam obscuritati quam exitui. Si
galline inde pascantur. non gra-
vantur ova. Cum omnia legu-
mina secundum grecos. seri iube-
antur in sicca terra. fabe tantum
in humida iubentur aspergi.

De Grano frumenti.

Frumenti granum proprium habet. ut dicit
ysidorus quod pre omnibus aliis granis
laudabilius est nutrimentum et hoc pro
similitudine sui. cum complexione
humana. Item vis farine pectoris
et pulmonis levat asperitatem. Coc-
tum cum oleo durum apostema dissol-
vit. masticatum valet morsibus canis
rabidi. Item oleum eius valet contra
impetiginem. Item pulvis eius tenu-
issimus qui separatim a molendino
eicitur in aqua fisceuatus valet contra
fluxum sanguinis.

De Galbano.

Galbanum secundum dyascoridem
est sucus vel lacrima cuiusdam herbe
vel fructus est similis ferule. et cetera.
hec non nisi cum magna ingemina-
cione ferri extrahitur. mortuum
autem defatili.

De Jusquiano.

Jusquiami herba est frigidissima
cuius semen competit medicine
virtutem habet infrigidandi. folia eius vi-
rida. vel trita si super tympora po-
nantur. sompnum provocant. Semen
eius adeo efficacissimum est. ad pro-
vocandum sompnum. ut grana fru-
menti. vel avene cum ipso semine
iusquiami. molla pariter bulliens.
grana cum ipso bullita et postea
ab avibus comesta inducit sompnum
avibus; adeo ut aves manu capi pos-
sint. Semen huius herbe nulli detur
ad comedendum quia necat vel in-
ducit litargiam. Dicitur de quodam
episcopo qui supra modum de luxuria
temptabatur. qui diversa remedia
attemptans accepit sucum illius
herbe viridis. et ipso suco in tantum
infrigidavit virilia et partes illas

bilsen